



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Disquisitionvm Magicarvm Libri Sex

Delrío, Martín Antonio

Mogvntiae, 1624

Qvæstio III. An verbis, & incantationibus vis insit morbos sanandi, aut
mirifica perficiendi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62472)

tonforibus notissimam. Audiui, qui adderent; si quæ pupugerat tarantula, etiam in alio loco, moreretur, confestim morbo liberari iustum ab ea: quod si verum, admirandum sane est huius veneni miraculum: de cuius causa mihi non liquet. quæ enim dependentia veneni tam remoti à sua matrice seu fonte? aut quæ hæc operatio in tam distantibus?

QVÆSTIO III.

An verbis, & incantationibus vis insit morbos sanandi, aut mirifica perficiendi.

ali. 7. & 5.
contra
Celsum.
Serenus
de re
med. 4. r.
us l. 8. c. 5.
Oclavianus
in Euphoris
Marcel.
Trallianus
1. 2. c. 2.
Pitius in
Positione
Magicis.
Ficin. l. de
vita Itulio
for.
Pöpona.
& c. ex l.
C. etiam
Grilland.
de fortit.
q. 8. & Pe
le Loyer.
de spect.
c. 1. & l.
4. ca. 4. &
Aug.
Thuanus
in Paraba
a vinculo.



DE TVR Origenes a nō immunis ab hoc errore, quem secuti quidam medici valde superstitiosi. Q. Serenus, & Aetius, & alij. conatur Trallianus etiam Galeno ascribere: consentiunt Arabes ferè omnes Cabbalisticæ & recentiores Iudæi; Magi quoque omnes, cū Agrippa & Paracelso: Plinius, c. & cum eo recentiores quidam, d. qui Platoni nimis addicti. Item Cabbalisticæ quarti ordinis. Nam vt hoc obiter dicam, tot eorum sunt ordines. primus eorum, qui sequuntur traditionem R. Rambani super Genesim, de quinquaginta portis intelligentiæ. Secundus, qui sequitur Abraham à Veneris, qui in libro suo de creatione mundi ponit triginta duas semitas sapientiæ, quas amplexi R. Isaac, & Iacob Cohen. In his duob. nihil deprehendo magicū, sed solas nugas. Tertius ordo fuit ponentium decem enumerationes, Nezer Zephyroth, vt Ioseph Castillensis in sua Isagoge, Ioseph filius Carnicol. in libro portarum iustitiæ & Paulus Riti in Porta lucis: hi incipiunt viam sternere superstitioni. Quarti ordinis sunt, qui constituunt

A plura principia, nā quinquaginta portis addunt, litteras 22. alphabeti, & sic faciunt numerum 72. quem vocant SEMHAMAPHORES, nomen expositorium Dei, & dicunt esse numerum LXXII. Angelorum præsidium orbis, & per quos inuocatos edantur miracula ab hominibus, hanc docuere Ioseph Carnitof. & Recanath, & alij. Hæc est Cabala merè blasphemata & magica. Verū hi omnes diuersis fundamentis nituntur. Quidam impie negāt curandum, hisce rebus dæmonum opera interueniat, necne (vt Paracellus) qui proinde satis indicant ea naturaliter non perfici: & hoc dicere hæreticum est. Alij (vt, quos citavi, medici, & Plinius) solis adhærent experimentis, & quæ fieri vident, leuiter nimis illis ipsis, quæ cernunt adhiberi, medijs ascribunt, de ijs quæ non vident nihil cogitantes, Platonicis quoque Physiologia minus addicti, Magicis autem nugis nimis creduli: facile pronaturalibus superstitiosa multa ceperunt, contra hos omnes hanc statui-

mus.
D Conclusionem, Nulla vocabula vim habent naturalem vulnera vel morbos sanandi, vel noxas alias depellendi.]

Dixi, Nulla (negans de quouis verborum genere) siue ore prolata, siue scripto comprehensa; siue sola & incompleta (vt vocant) siue complexa, & in propositionem vel orationem aliquam versa aut prola relata: siue significatiua, siue nihil significantia: siue Hebræa, siue alterius linguæ: siue dicta cum sibilo aut afflatu, siue aliter, quomodocunque, absente, vel præfente ægro.

Dixi, Vim naturalem, quia Zelotypia illa adiuratio & lex TORATH KINA, quicquid habebat efficacitatis, deorsum habebat: ferè sicut hodie.

dicens,
verba
medetur
morbis
corporis,
& c. quod
sane erro
neum est.
Nisi quis
illos velit
excusare
dicendo,
loqui de
verbis, vt
sunt pacto
nixa:
sed hoc fo
ret improp
rie vim
verbis tri
buere:
quæ non
exijs, sed
ex pacto
conueni,
& quidē
per dæmo
nem.

מירת
סכנת
N um. 5.

preces

preces Ecclesiasticæ, formulæ Sacramentorum & Sacramentalium; & exorcismi, vim habent supernaturalē ex Dei institutione, vel gratioso concurrēdi modo: quæ de re nō est nostri instituti nunc differere. Nec enim (quod pro tota hac materiâ notandum) nunc agimus de opere naturali, vt opponitur operi animali, vel operi libero, vel operi violento, sed vt opponitur operi artificiali, vel etiam operi supernaturali. Deus ad huius vniuersi perfectionem primò statuit quendam *ordinem naturæ*, dum rebus singulis largitus est naturā suam atque essentiam peculiarem, & singulis dedit proprias huic naturæ congruentes operationes: quæ vocantur *operationes naturales*, quia naturæ suppositi sunt conuenientes. Deinde Deus addidit alium *ordinem supernaturalem*, qui potest diuidi in duas species, prima est *ordo gratiæ seu miraculosus*, (pro iisdem enim hæc duo nunc sumo) ad quem ordinem pertinent quædam operationes, quæ vires hominum & Angelorum omnium exsuperant: quarum operationum principium non est rei singularis natura, sed ipsa illa Dei gratia, voluntas absoluta, & omnipotentia: hæc dicuntur *operationes gratiæ & supernaturales*. strictè sumpta voce, item *operationes miraculosæ*. Altera est, *ordo prodigiosus*, qui ordo reipsa non excedit terminos naturalis ordinis, sed tantùm dicitur excedere ratione modi, quem vel omnes homines, vel plerique ignorant: & ideo solemus eum quoque vocare supernaturalem, largè accepto vocabulo, christus autem ac significantiùs vocatur *ordo præternaturaliù*; ad quem referuntur multæ mirificæ operationes factæ per bonos, vel malos Angelos motu locali, vel subita naturaliù agentium applicatione. Quoniam verò in his, effectus naturæ rerum secundū

A essentiam non repugnat, nec modus operandi vires Angelicas exsuperat, ideo tales effectus potius sunt naturales latè sumpta voce, quàm supernaturales: aut miraculosi propriè loquendo: & præternaturales, quam contrarij naturæ aut violenti: quia tamen vulgò censetur ordinem naturæ superare, ideo solent supernaturalibus, annumerari, sed propriè ac pressè præternaturales, aut miri, aut prodigiosi, debet vocari. Tres ergo Deus ordines statuit, naturalem, miraculosum, & prodigiosum: seu, si duos malis, naturalem & supernaturalem. His alium adiunxit ordinem hominum, nempe *Rerum artificialium*: quando res naturales, fini à se intento accommodans, & applicans, diuersas rebus formas indidit: quas illis natura nō tribuisset, nisi industria humani intellectus adlaborasset. Nunquam tamen potest humana industria quicquam efficere, quod rerum naturæ repugnet: quare naturali ordini accedit iste artificialis, non verò eū destruit, & subleuit potius quàm transcendit: & naturale, in hac & cæteris hoc tractatu questionibus primo tantùm illo modo sumimus: vt tres illos alios ordines excludamus: artificialem, prodigiosum, & miraculosum.

D Notandum præterea, naturalem effectum à natura non produci, nisi motu, vel mutatione, sanitas autem mutatione fiat necesse est, mutatio non contingit, sine qualitatū actiuarum virtute. actiuæ qualitates ad operandum exigunt subiectum aptum, & idoneè ad agendum præparatum.

E Ex hoc fundamento contra cunctas aduersariorum machinas validè confurgit conclusio, quæ fuit omnium Patrum: excepto fortassis Origene: D. Thomæ, Gersonis, & Theologorum cunctorum (quod sciam:) Vlpiani e-

fl. 3. in
Princ. D.
de extra-
ordi. co-
gnit.
g Hippoc.
l. 1. de sacro
morb. Ga-
len. l. 6. &
10. simpli
medi Fer-
neliide ab
dit. rer.
caus. l. 2.
c. de cur.
sup. nat.
Beniuen.
lib. de abd
morb.
caus. 102.
Langii e-
pif. 33.
Franc. V.
lesij de fa-
cra philo-
soph. c. 3.
Auger.
Ferner. l. 2
metho. c.
12. Scalig.
lib. 16. d.
subtil. ca.
349. Cor-
dionch. l.
2. de mor-
venefi ca.
5. Bokelij
li. de phil-
tris ca. 1.
b Theoij.
lib. 9. de
fl. fl. plai
Plutarchi
in vita Pe-
riclis.
Rab. May-
mon. li. 1.
perplex.
c. 71. Le6.
Vairi. l. 12
de Fasci-
no ca. 11.
Ant. Mi-
ran. li. 16.
de fing.

etiam I. C. negantis incantationes me-
dicinis annumerandas. fuit medico-
rum g & philosophorum faniorum. b

Vt auctoritate, sic & ratione præua-
lemus. Ita enim ratiocinamur. Verba
nullam vim neque artificialem, neque
naturalem, neque supernaturalem ha-
bent, ad huiusmodi effectus. de vi arti-
ficiali, nemo vnquam vel suspicatus
fuit. Supernaturalis si foret: gratiæ,
aut miraculi foret: hoc autem dici ne-
quit, quia Deus nihil tale promissit, nec
Ecclesiæ reuelauit, quale Magi iactant:
nec iuuat Deus Magicas incantationes:
nec in Beelzebub sic operatur, neglo-
riam illi suam eâ mensura communi-
cet, quâ solet Angelis & Beatis. Vnde
apparet, quàm incautè nuperus ille Ho-
meri interpres Spondanus i solet re-
petere illud axioma: *De bonitati esse,
ad eiusque gloriam pertinere, tam admi-
randas effectiones creatura, nempe da-
moni, concessisse:* Sed Caluianus erat,
cùm illa iuuenis scriberet: maturior æ-
tate, cùm resipuit, & ad Catholicos re-
diit, nunquam hoc effutijisset. Si su-
pernaturalis ista vis non est: restat,
vt sit prodigiosa, vel naturalis. Si pro-
digiosa: non fit ministerio bonorum
Angelorum: quia (vt postea docebo)
hi se non immiscet Magicis operati-
onibus: ergo ministerio malorum An-
gelorum, quod negant aduersarij qui-
dam, sed vim argumenti nequeunt e-
uadere: fatentur alij, & ideo cogun-
tur etiam fateri vim verbis nullam in-
esse.

Denique nullam verba hæc vim ha-
bent naturalem. quia verba scripta,
sunt quid mortuum, & omnis energiæ
expers: quæ si quam vim habent, ab
atramenti vel chartæ, cui inscripta
sunt, temperamento vim illam ac-
cipiant oportet, & proinde sua pro-
priaque vi non operantur. Ore ve-

A rō prolata verba, vim tantum habent
contactu aërem ferendi, vt & ani-
malium reliquorumque inanimorum
soni. Sed sonus tactum non magis va-
let immutare, quàm color auditum,
vel dulcedo visum, quia non sunt sen-
suum istorum obiecta. Quare cùm ad
sanationem corporis necesse sit, sen-
sum tactus immutari: fateantur oportet,
sanationi morborum solam verbo-
rum prolationem vel scriptionem ni-
hil conferre.

B Respondet, Pomponatius, verbis
primò & per se duntaxat auditum, af-
fectionibus deinde animi immutatis
per accidens tactum quoque immuta-
ri. Sicut videmus (ait) fieri ab oratoribus fa-
cultate Rhetorica, & à peritis musicis vi
harmoma. Sed contra: Oratores non
verbis nudis, verum pondere sententi-
arum & rationum momentis persua-
dent: si nuda tantum barbaraque &
nihil significantia, vel parum apta
per mouendis animis, aut vesana & ri-
dicula, vt sunt incantatorum verba,
proponerent: nunquam animos concita-
rent. in musicis, ipsa concentus suauis
& harmonica modulatio distrahit
animum à doloris cogitatione, & ad
lætitiâ prouocans lenit & contempe-
rat humores: cui, quid simile in horri-
ficis ac stridulis sibilis atque susurris
magorum?

D Vidit etiam Pomponatius hinc se o-
peram luisse: quare ad sacram confu-
git anchoram; hæc contingere pro-
pter fidem vehementem incantatoris,
& incantati. Hæc dicens causam præua-
ricaris (Pomponati) & vim verbis om-
nem detrahis. si totum illud, credulitas
operatur? quam tu fidem nuncupas;
quæro qualis ista fide? non dices opi-
nor supernaturalem? sic enim vocare
superstitionem atque perfidiam, pror-

ceram,
Gruini.
lib. 1. de
venen.
In O-
dyll. agès
de Lycan-
thropis.

& loco ci-
tato.

Refuta-
tum id
sup. cap.
proxim.

sumptum & perfidum. dices ergo naturalem, siue humanam. euge, habes tuæ causæ fauentem Ferrerium, & qui fiduciam hanc etiam ab adstantibus exigit. ridiculè. quasi possit imaginatio, vel adstantium, vel ipsius incantatoris, quicquam operari in ægroti imaginatione, corpus, vel animam. Ipsius ægri credulitas confidentis se iuuari posse ab ea re, quæ nullam iuuandi vim habet naturalem, tam vehemens esse possit; vt humorum inducat alterationem, vnde sanitas subsequeretur, vt bene Galenus, si tamen ipse auctor libri de Incantationibus: sed eo casu sanitas verbis dumtaxat adscribenda vt occasione cuidam, non vt causæ.

Simili modo sinceræ & rectæ philosophiæ repugnant, sententia Origenis libro primo & quinto. cont. Celsum, nomina in vna lingua producere effectus, quos nequeant in aliam translata: & sententia Pici in conclusionibus Cabbalisticis (quem optimè refellit Petrus Ciruelus Darocensis in quæst. de Cabala & Magia Iudæorū, quæ est vltima inter eius Paradoxas quæstiones, barbara & nihil significantia nomina plus habere efficacitatis: ea quoque quæ Grægorius Tolosanus in tradidit: cum de Hiltrionibus, & poetis dicta, ad excantatores accommodat: quod eorum verbum demum rata sint & efficacia, cum animo intento & obfirmato ea proferunt. non enim isti persuadendo & affectiones concitando operantur, vt illi.

Videte nunc friuola & impia Magices patrocina, & quibus superædificat, vna fundamenta: quæ Cabbalisticæ tamen insanix amatoribus mirificè placuerunt. Afferunt primò litteris & syllabis quandam esse cum cœlesti-

A bus corporibus & mentibus sympathiæ connexionem. quod tamen non probant vlla ratione, ac ne traditione quidem: nec posset probari, nisi illorum testimonio, quibus id à dæmonibus foret reuelatum, dæmones autem sunt mendacissimi, nunquam spontè verum dicturi, nec à magis, vt verum promant, compelli possunt, id nunc suppono inferius probaturus.

B Secundò dicunt verba illa maioris naturæ suæ efficacix esse, quæ sunt orta à lingua digniore & à sanctiore dignitate instituta, & quæ res sanctiores significant: qua in re mirè nugatus deprehenditur Laurent. in Ananias. Hoc diabolus commentus, vt sanctissimis quibusque rebus facilius & libentius mystas suos faciat abuti. Sed refellitur, quia nec rei sanctæ significatio, nec linguæ dignitas, nec probitas hominis instituentis, vllam qualitatem physicam operatiuam possunt vocabulis imprimere. Deus etiam formulis Magorum nihil gratiæ vel virtutis promittit, nec largitur, quomodo sit Deus sibi contrarius? quomodo approbet artes, quas ipse vetuit? denique talia asserere blasphemum & erroneum esse Parisiensis facultas Theologica iam pridem definiuit artic. 9. & 10. de Magia.

E Tertio somniant, nomina propria radios quosdam esse rerum, quas significant, & in ipsis nominibus, quasi vitam quandam latere. Quid dignum Anticyris, si non istud? Quicquid enim Platonici dicant, nomina sunt hominum arbitratu indita. Nomina quoque nec sunt substantiæ corporeæ aut spirituales, nec sunt accidentia inhærentia subiecto: quare vitam in se habere non possunt

lib. 3. do
natur. de
mō. f. 99.

lib. 19.
Syntax.
cap. 8.

adueniunt quoque seu induntur rebus, quas significant atque denominant, extrinsecus planè: quare nec emanantes à rebus radij dicendi. Multa quoque sunt nomina nihil significantia: multa quid aliud à rei natura significantia: quin & ipsa illa, quæ naturam rei significant (qualia putantur, quæ creaturis Adamus imposuit, *o*) hæc nullum potuerunt à naturis rerum influxum recipere: quia res corporeæ naturaliter nihil efficere possunt in id, quod corporis expertus est, vt sunt nomina.

o Genes. 2
v. 20.

o Psal. 146
vers. 4.
o Luc. 10
vers. 19.

Obijciunt nobis, Deum ipsum rebus nomina indidisse. Probant, quia scriptum sit, *Omnibus ijs nomina vocat, p & alibi: q gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cælis.* Respondeo Deum quidem nosse cunctarum rerum, singulorum etiam Angelorum, & stellarum (de quibus eo loco agit propheta) naturas proprias, & sic ea, cum lubet, proprijs nominibus, hoc est conuenientibus earum naturæ, vocare posse: sed ea nomina mortalibus incognita sunt, nec magis reuelata. deinde præsens positum pro futuro, *vocabit*: vt patet ex Hebræo vocabulo, quod futuri est temporis. Prior ergo locus nihil iuuat hos argutores, multò minùs posterior: nihil enim aliud est nomina discipulorù in cælo scripta esse: quàm esse in amicorum Dei relata album, quod alibi dicitur *inscripta esse libro vitæ*: quod siue accipias secundum æternam Dei prædestinationem, quæ mutari nequit; siue secundum præsentem iustitiam, qua mutationi obnoxia; certè id homines impij parù reuerenter ad inditua nomina, quibus ab hominibus discipuli compellabantur, audent transferre, quid magnoperè gaudendum illis, ob communem sibi nominationem cum cæteris hominibus, brutis etiam & vr-

A tificis: quorum nomen non minus Deo notum erat, qui nouit omnia?

Hinc tamen illi inferunt, voces significantias primariò, per influxum cælestem, significare: secundariò, tantum per hominum impositionem: & quia in significantiis nominibus vtrumque concurrat, in non significantiis alterum tantum; idè plus virium habere nomina significantia. Quod imprimis alij pernegant, qui non significantiis amplius deferunt. Equidem lubet ab his omnibus quærere: num necesse non sit quemlibet influxum cælestium orbium per traduces qualitates in subiectum tam remotum influere; ipsis influentijs recipiendis aptum & accommodatum? deinde, num res incorporeæ, vt sùt nomina, sint subiectum idoneum recipiendis qualitatibus corporeis? quorum, vt prius nequit negari, ita posterius nequit affirmari. Nihil ergo tribuit energiæ primus ille influxus cælestis. Impositio quoque humana, cum sit nuda & merè arbitraria denominatione, quid queat influere, nec Argus videat, quem ferunt fuisse oculatissimum.

Quartum delirium est, vim complexorum verborum, (propositionum scilicet & orationum) efficaciorum esse. Primò quia *veritas* (inquit Archimagus) *in ipsa propositione contenta, hic accedat: cuius veritatis via maxima est, quando formula seu carmen virtutis ac operationis astri seu numini, quod comprecamur, continet commemorationem.* O Satan, Satan, tibi quàm perpetuò similis es? pergis hoc telo diuinos honores cõsequi. Nonne satis hoc indicant, quæ mythes illè tuus, exempla petit, ex Hymnis Orphei & Apulei scriptis, idololatriæ plena? tum quia auctoritates illæ poetarum referunt vanitatis: tum quia sensum ac intellectum carminis astris ascribit: tum quia per hoc numen, in-

telligit.

telligit cacodæmones: quos astris & singularum rerum speciebus, Magica distribuit. Conatur etiã probare, quia qui integram orationis texturam promittit, magis animo dictis intendit, quàm qui verbum vnum atque alterum: quare vis quoque vehementior imaginationis cõcurrit, & spiritus copiosior in rem incantatam transit. Quæ vana sunt, nec empsitanda titi illitio. Nec enim imaginatio extra imaginantem in res seiunctas vim habet vllam; nec spiritus vllus à loquẽte prodit, qui rem incantatam contingit: præter afflatum: afflatus autem facultas ad sanitatem nulla est; ad morbum & noxam per contagium aliqua, vt docuimus.

Ex his manifestum fit, falsã quoque esse, quæ ex tam bellis axiomatibus inferunt corollaria. primo quod asserunt oportere, vt sic sanantes afflent ægro, & ei vocabula quasi inhalent. 2. quamlibet huiusmodi incantationem præter ordinem solitum & retrogradè prolatam aut scriptam, insolitos effectus gignere. 3. debere ea, quæ magus vult impetrare, inscribi rei, quam vt instrumentum adhibet. exempli gratia, si tabella, vel pergamento vel herbæ folijs vtatur, debere inscribere folio, membranæ vel tabellæ: ad quem id effectum faciat, cur cedo? an quod verba non factis efficacia per se prolata? an quod alioquin dæmon surdus, vt ea non audiat; vel quod scripta, quàm audita melius intelligit? an quod ad memoriæ lapsu fulciendũ opus hac industria? nihil horum in causa, sed vafer ille vanarum obseruationũ multiplicatione, velut varijs retium plagis, sic pluribus peccatis miseris amat illaqueare. Legi exẽpla quæ Leon. Vairus collegit, sed in his omnibus pactum cum dæmone intercedens causa fuit effectuum. Vi-

fl. de Fal
cia. c. 5

A de inf. lib. 6. anacephalæof. monito. V.

QVÆSTIO IV.

De amuletis & periaptis.



OTA Græcorum athletarum cõluetudo, sed paucis: qui phylacterijs vsi ad victoriã, ne niceterijs magicis superaret aduersarius. habes in antiquis gloſſis Iuuenalis Sat. III. his verbis; rultici didicerunt luxuriam & palæstris vti, & fraeterijs (corr. phylacterijs) vt athletæ ad vincendum, & mox: nam & niceteria sillateria (item corr. phylacteria) sunt, quæ ob victoriam fiebant, & de collo pendentia gestabantur.] Cunctis autem nota Romanorum gentilium consuetudo, qui soliti puerulis de collo res turpículas suspendere, Præfiscini, vt dicebant, ne fascinantur (vnde & Fascini nomen inter obscena relatum) alia quoque amuleta succini aut alterius materiæ contra morbos gestabant, quæ dicta amoleta, amolimenta, seruatoria, probra, quemadmodum & Græcis sua fuere, περιάπτα, περιάματα, ἀποτροπαῖα, ἀσάτυτα, & φυλάκτηρια, malorum, vt putabant, auerruncatoria. Sic etiam prodesse sibi putabant Iudæi sua phylacteria, seque per illa custodiri ac præseruari à malis, perperam accipientes diuinum præceptum. a Eundem errorem Catholicis, non hæreticus tantum VVierus; sed & qui Catholicus videtur ex scriptis, Remigius Lotharingus, bimpingit; hinc omnium periaptorum vsum temerè condemnantes ex Patribus non satis intellectis.

Dico primi, Amuleta huiusmodi, quæ collo dependent, vim nullã obtinent naturalẽ ratione verborum, characterum, vel figuræ, vel constellationis: sed duntaxat ratione

materia,

Exo. 13.
Deur. 6.8
Matt. 23.
v. 5. vbi
plura no-
tamus in
commẽt.
li. 3. dæ-
monolat.
c. 3.